Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39281
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



69 65

Exurgat deus et dissipentur inimici
eius: et fugiant qui oderunt eum
a facie eius Sicut deficit fumus defi
ciant: sicut fluit cera a facie ignis sic
pereant peccatores a facie dei Et iusti
epulentur et exultent in conspectu dei:
et delectentur in letitia Cantate deo
psalmum dicite nomini eius: iter facite q
ui ascendit super occasum: dominus
nomen illi Exultate in conspectu eius:
turbabuntur a facie eius patris or
phanorum et iudex viduarum Deus in
loco sancto suo: deus qui inhabitare facit
unanimes in domo Qui educit
vinctos in fortitudine: similiter eos
qui exasperant qui habitant in se
pulchris Deus cum egrederetur in con
spectu populi tui: cum pertransiseris in
deserto Terra mota est etenim celi di
stillaverunt a facie dei Sinai: a facie